re poteſt hanc eſſe plenam beatitudinem ſine ambiguitate cognoſco
P. O te alumne. hac opinione felicē ſentio. ſi qdē h̄ inquit adiecer

B. Quidnā inqꝫ P. Eſſe ne aliq̄d in his mortalibꝰ caduciſqꝫ rebꝰ putas quod hm̄oi ſtatū poſſit afferre? B. Minime inqꝫ puto Idqꝫ a te nihil vt amplius deſideret oſtenſum eſt. P. Hec igit̄ vel imagines veri boni vel imꝑfecta quedā dare bona mortalibꝰ videnť. verū aūt atqꝫ ꝑfectū bonū conferre non poſſunt B. Aſſentor inqꝫ. P. Qm̄ igit̄ agnouiſti que vera illa ſit. que aūt beatitudinem mentiāť nunc ſupeſt vt vnde verā hanc petere poſcis agnoſcas. B. Id q̄dē inqꝫ iamdudū vehementer expecto P. Sed cū vti in thimeo platoni inquit noſtro placet In minimis q̄qꝫ rebꝰ diuinū preſidiū debeat implorari q̄d nunc faciendū cenſes. vt illius ſummi boni ſedez reperire mereamur B. Inuocādū iqꝫ rez omniū prēm q̄ pretermiſſo nullū rite fundať exordiū P. Recte iquit ac ſimul ita modulata eſt

Metrū nonū libri tertij

O Qui perpetua mundū rōne gubernas
Terraꝝ celiqꝫ ſator qui tempus ab euo
Ire iubes ſtabiliſqꝫ manens das cuncta moueri
Quem non externe pepulerunt fingere cauſe
Materie fluitantis opus verum inſita ſummi
Forma boni liuore carens. tu cuncta ſuperno
Ducis ab exemplo. pulchrum pulcherrimus ipſe
Mundum mente gerens ſimiliqꝫ in imagine formans
Perfectaſqꝫ iubens ꝑfectum abſoluere ptes
Tu numeris elementa ligas vt frigore flammis
Arida conueniant liquidis. ne purior ignis.
Euolet aut merſas deducant pondere terras
Tu triplicis mediā nature cuncta mouentem
Connectens animam per conſona membra reſoluis
Que cum ſecta duos motū glomerauit in orbes
In ſemet reditura meat mentemqꝫ profundam,
Circuit ⁊ ſimili conuertit imagine celum
Tu cauſis animas paribꝰ vitaſqꝫ minores
Prouehis. ⁊ leuibꝰ ſublimes curribꝰ aptans
In celum terramqꝫ ſeris quas lege benigna

Ad te conuerſas reduci facis igne reuerti
Da pater auguſtam menti cōſcendere ſedem
Da fontem luſtrare boni. da luce reperta
In te conſpicuos animi defigere viſus
Diſijce terrene nebulas ꝛ pondera molis
Atqꝫ tuo ſplendore mica. tu nāqꝫ ſerenum
Tu requies tranquilla pijs te cernere. finis
Principiū. vectoꝛ. dux. ſemita. terminus idem

¶ Proſa decima libri tertij

Quoniā igit̃ q̄ ſit imperfecti. q̄ etiaꝫ perfecti boni forma vidiſti. nūc demonſtranduꝫ reoꝛ q̄m felicitatis perfectio hec cōſtituta ſit In quo illud primū arbitroꝛ inquirēdū an aliq̄d huiuſmodi bonū (quale paulo an̄ definiſti) in rerum natura poſſit exiſtere. ne nos preter rei ſubiecte veritatē caſſa cogitatōis imago decipiat Sed q̄n exiſtat ſitqꝫ hoc veluti quidā omniū fons bonoꝝ. negari neq̄t Omne enī qd̄ imperfectū eē dicit̃. id diminutōe perfecti imꝑfectū eē ꝑhibetur Quo fit vt in quolibet genere imꝑfectū q̇d eē videat̃. in eo ꝑfectū quoqꝫ aliquid eē neccē ſit Etenī ꝑfectiōe ſublata vn̄ illud qd̄ imperfectū ꝑhibetur extiterit ne fingi quidē pt Neqꝫ enī ab diminutis inconſummatiſqꝫ natura rerū cepit exoꝛdiū. ſed ab integris abſolutiſqꝫ procedēs in hec extrema atqꝫ effeta dilabit̃ Qd̄ ſicuti paulo an̄ monſtrauim⁹ eſt quedā boni fragilis imꝑfecta felicitas eē aliquā ſolidā ꝑfectāqꝫ nō poteſt dubitari B. Firmiſſime inq̄ꝫ veriſſimeqꝫ cōcluſum eſt P. Quo vero inquit habitet ita ꝯſidera Deū rerū omniū principē bonū eē. cōis humanoꝝ ꝯceptio probat aīoꝝ Nam cū deo nihil melius excogitari queat. id quo meli⁹ nihil eſt bonū eſſe quis dubitat Ita vero bonū eē deū rō demonſtrat. vt ꝑfectū quoqꝫ in eo bonū eē ꝯmunicat Nam ni talis ſit. rerū omniū princeps eſſe nō poterit Erit enī eo preſtantius aliquid ꝑfectū poſſidens bonū quod hꝫ prius atqꝫ antiquius eſſe videat̃ Omnia nāqꝫ ꝑfecta min⁹ integris prioꝛa eſſe claruerūt Quare ne in infinitū rō ꝓdeat ꝯfitendū ē ſummū deū ſummi ꝑfectiqꝫ boni eē pleniſſimū Sed ꝑfectum bonū verā eſſe beatitudinem ꝯſtituimus Verā igit̃ beatitudinē in ſummo deo

ſitã eſſe neceſſe eſt B. Accipio inq̃ꝫ nec eſt qđ cõtradici vllo modo
queat P. Sed queſo inq̃t te vide quã id ſancte atq̃ꝫ inuiolabiliter
ꝓbes ꝙ boni ſummi ſummũ deũ diximus eẽ pleniſſimũ B. Quo nã
inq̃ꝫ mõ P. Ne hũc rerũ oĩm pꝛ̃em illud ſummũ bonũ quo plen⁹ eẽ
ꝓbaẗ vel extrinſecus accepiſſe vel ita naturaliter habere preſumas
quaſi habentis dei habiteq̃ꝫ btitudinis diuerſam cogites eſſe ſubſtã
tiã. Nã ſi extrinſec⁹ acceptũ putes ꝑſtantius id qđ dederit ab eo qđ
accepit exiſtimare poſſis Sꝫ hũc eẽ rerũ oĩm precellentiſſimũ dig
niſſime ↄfitemur Quod ſi natura q̇dẽ inẽ ſꝫ ẽ rõne diuerſuꝫ cũ de re
rũ principe loquamur deo fingat q̇ poteſt q̇s hec diuerſa cõiũxerit
Poſtremo qđ a q̃libet re diuerſum ẽ id nõ ẽ aliud a q̄ itelligiẗ eẽ di
uerſuꝫ q̄re qđ a ſummo bono diuerſuꝫ ẽ ſui natura id ſummũ bonũ
nõ ẽ qđ nefas ẽ de eo cogitare q̄ nihil cõſtat eẽ ꝑſtãtius oĩo em̃ nul
lius rei natura ſuo principio melioꝛ poterit exiſtere Quare qđ oĩm
principiũ ſit id etiã ſui ſubſtãtia ſummũ eẽ bonũ veriſſima rõne cõ
cluſerim B. Rectiſſime inq̃ꝫ P. Sꝫ ſummũ bonũ btitudinẽ eẽ con
ceſſum ẽ B. Ita ẽ inq̃ꝫ P. Igiẗ inq̃t deũ eẽ ipſam btitudinẽ neceẽ eſt
cõfiteri B. Nec ꝓpoſitis inq̃ꝫ prioꝛib⁹ refragari queo ⁊ ab illis hil
latũ ↄñs eẽ ꝓſpicio P. Reſpice inq̃t an hinc q̇q̃ꝫ idẽ firmi⁹ appro
beẗ ꝙ duo ſumma bona q̄ a ſe diuerſa ſint eẽ non pñt Etem̃ q̄ diſcre
pãt bona nõ eẽ alteꝝ qđ ſit alterũ liquet. q̄re neutrũ poterit eẽ ꝑfcm̃
cũ alterutri alterũ deeſt Sꝫ qđ ꝑfcm̃ nõ ſit id ſummũ nõ eſſe mani
feſtũ eſt. Nullo mõ igiẗ que ſumma ſunt bona ea poſſunt eẽ diuerſa
Atq̃ ⁊ beatitudineꝫ ⁊ deũ ſummũ bonũ eẽ collegimus quare ipſam
neceſſe eſt ſummã eẽ btitudinẽ q̄ ſit ſumma diuinitas B. Nihil inq̃ꝫ
nec re ipſa verius nec ratiocinatõe firmi⁹. nec deo dignius ↄcludi po
teſt P. Sup hec inq̃t igiẗ veluti geometre ſolent demõſtratis pro
poſitis aliq̇d inferre que poriſmata ipſi vocãt Ita ego q̇q̃ꝫ tibi veluti
corollariũ dabo nã qm̃ beatitudĩs adeptõe fiũt homines bti Bea
titudo vera ẽ ipſa diuinitas. diuinitatis adeptione fieri beatos ma
nifeſtum eſt Sꝫ vti iuſticie adeptõe iuſti. ſapiẽtie ſapientes fiũt ita
diuinitatẽ adeptos deos fieri ſimili rõne neceẽ eſt Oĩs igiẗ beatus
deus ſꝫ natura q̇dẽ vn⁹ ꝑticipatõe ꝟo nihil ꝓhibet eẽ q̃ꝫ plurimos

B. Et pulchꝛū inq̄ꝫ hoc atqꝫ precioſum ſiue poriſma ſiue cōꝛolla/
riū vocare mauis P. Atq̄ hoc q̄qꝫ pulchꝛius nihil ē qđ his anne/
ctendū eē rō pſuadet B. Quid inquā P. Cū multa inquit btitudo
cōtinere videat᷑. vtꝝ ne hec oīa vnū veluti corpꝰ btitudīs q̄dā par/
tiū varietate ꝯiugāt᷑ An ſit eoꝛū aliquid qđ beatitudinis ſubſtan/
tiā compleat ad hoc vero cetera referant᷑ B. Vellem id inq̄ꝫ ipaꝝ re/
rum ꝯmemoꝛatōe patefaceres P. Nonne inquit beatitudinē bonū
eſſe cenſuimꝰ: B. At ſummū q̄dē inquā P. Addas inquit hoc om/
nibus licet. Nam eadem ſufficientia ſumma eſt eadem ſumma po/
tentia reuerentia quoqꝫ claritas ꝛ voluptas beatitudo eſſe iudicat᷑
B. Quid igit᷑ Philoſophia Heccine omnia bona ſufficientia. po/
tentia ceteraqꝫ veluti q̄daꝫ btitudis mēbꝛa ſunt. an ad bonū veluti
ad verticē cūcta referunt᷑: B. Intelligo inq̄ꝫ q̄d inueſtigādū ꝓpo/
nas. ſꝫ q̄d conſtituas audire deſidero P. Cuius rei diſcretionem ſic
accipe Si hec oīa beatitudinis membꝛa foꝛent a ſe quoqꝫ inuicem
diſcreparent Hec eſt eñ partiū natura. vt vnū coꝛpus diuerſa com
ponant B. Atqui hec omnia idem eē mōſtrata ſunt. P. Minime
igit᷑ mēbꝛa ſunt Alioq̄n ex vno btitudo videbit᷑ eē ꝯiuncta qđ fieri
neq̄t B. Id q̄dē inq̄ꝫ dubiū nō ē ſꝫ id qđ reſtat expecto P. Ad bonū
ꝟo cetera referri palā ē Iccirco eñ ſufficientia petit᷑ qm̄ bonum eſſe
iudicat᷑ Iccirco potentia qm̄ id quoqꝫ eſſe creditur bonū idē de re/
uerētia. claritudine. iucūditate ꝯiectare licet Oīm igit᷑ expetendoꝝ
ſumma atqꝫ cā bonū ē Qđ eñ neqꝫ re neqꝫ ſimilitudīe vllū in ſe re/
tinet bonū. id expeti nullo mō poteſt Cōtraqꝫ etiā q̄ natura bona
non ſunt tñ ſi eē videant᷑ quaſi vera bona ſint appetunt᷑ Quo fit vti
ſumma cardo atqꝫ cā expetēdoꝝ oīm bonitas eē iure credat᷑ Cuiꝰ ꝟo
cauſa quid expetit᷑ id maxime videt᷑ optari Veluti ſi ſalutis cauſa
quiſpiā velit equitare nō tā equitādi motū deſiderat quā ſalutis ef/
fectū Cū igit᷑ oīa boni grā petant᷑ nō illa potiꝰ quā bonum ipm̄ deſi
deratur ab omnibꝫ Sed propter quod cetera optant᷑ beatitudinem
eſſe conceſſimus. quare ſic quoqꝫ ſola querit᷑ beatitudo Ex q̄ liq̄do
apparet ipſius boni ꝛ btitudis vnā atqꝫ eandē eē ſubſtantiā. B. Ni/
hil video cur diſſentire quiſpiā poſſit. P. Sꝫ deū veraqꝫ btitudinē

vnū atqꝫ idē eē monſtrauim⁹ B. Ita eſt inqꝫ P. Secure igit̃ cōclu
dere licet dei quoqꝫ in ip̄o bono nec vſqꝫ alio ſuā eſſe ſubſtantiam.

¶ Metrū decimū libri tertij

HUc oēs pīter venite capti Quos fallax ligat improbis cate/
nis Terrenas habitans libido mentes Hic erit nobis requies
labor̄ Hic portus placida manēs q̄ete Hoc patēs vnū miſeris aſy
lum Nō q̄cq̄d tagus aureis harenis Donat. aut hermus rutilante
ripa Aut indus calido ꝓpinquus orbi Candidis miſcens virides
lapillos Illuſtrent aciem magiſqꝫ cecos In ſuas condunt aīos te/
nebras Hoc quicq̄d placet excitatqꝫ mentes Infimis tellus aluit
cauernis Splendor quo regit̃ vigetqꝫ celum Uitat obſcuras ani/
me ruinas Hanc quiſq̄s poterit notare lucē Cādidos phebi radios
negabit

¶ Proſa vndecima libri tertij

ASſentior inqꝫ. cuncta eīm firmiſſimis nexa rōnib⁹ conſtat P.
Tū illa quāti inq̄t eſtimabis. ſi bonū ip̄m q̄d ſit agnoueris B.
Infiniti inqꝫ. ſi q̄dē mihi pīter deū q̄qꝫ qui bonū eſt contingat ag/
noſcere P. Atq̄ hoc veriſſima inquit rōne patefaciā. Maneāt mō
q̄ paulo añ ꝯcluſa ſunt B. Manebūt inquā. P. Nōne inquit mon
ſtrauimus ea que appetunt̃ a plurib⁹ idcirco v̄a pfectaqꝫ bona non
eſſe. qm̄ a ſe inuicem diſcreparent. cūqꝫ alteri abeſſet alterū plenum
abſolutūqꝫ bonū afferre non poſſe Tū āt verū bonū fieri. cū in vnā
veluti formā atqꝫ efficientiā colligunt̃. vt q̄ ſufficientia eſt eadē ſit
potentia. reuerentia claritas atqꝫ iucūditas Niſi v̄o vnū atqꝫ idē
oīa ſint nihil habere quo inter expetenda numerentur B. Demon/
ſtratū eſt inquā. nec dubitari vllo mō pt P. Que igit̃ cū diſcrepāt
minime bona ſunt. cū vero vnū eē ceperint. bona fiūt Nonne hec vt
boni ſint. vnitatis fieri adeptione ꝯtingit B. Ita inqꝫ videt̃ P. Sꝫ
oē q̄d bonū eſt pticipatōe bonū eē concedis. an minime B. Ita
P. Oportet igit̃ eē vnū atqꝫ bonū ſimili rōne concedas Eadē nāqꝫ
ſubſtantia eorū eſt quor̄ naturaliter nō eſt diuerſus effect⁹ B. Ne/
gare inquā nequeo. P. Noſti ne igit̃ inq̄t oē q̄d eſt. tā diu manere
atqꝫ ſubſiſtere q̄diu ſit vnū Sed interire atqꝫ diſſolui pariter cum
vnū eſſe deſtiterit. B. Quonā inquā mō. P. Ut in aīalibus inq̄t.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139740-p0060-4

cū in vnū coeūt ac ꝑmanēt aīa corpuſq; id aīal vocat᷑ Cum ṽo hec
vnitas vtriuſq; ſeꝑatione diſſoluit᷑. interire. nec iam eſſe aīal liquet
Jpm quoq; corpus cū in vna forma membroꝝ ꝯiunctione perma-
net hūana viſit᷑ ſpecies At ſi diſtribute ſegregateq; ꝑtes corꝑis diſ
traxerint vnitatem deſinit eſſe qḋ fuerat Eoq; mō percurrenti cetera
proculdubio patebit. ſubſiſtere vnūquodq; dū vnū eſt. cū ṽo vnū
eſſe deſinit interire B. Conſiderāti mihi inq̄ plura minime aliud vi
det᷑ P. Eſt ne igit᷑ inquit qḋ inquantū naturaliter agat. relicta ſub-
ſiſtendi appetentia. venire ad interitū corruptioneq; deſideret. B.
Si aīalia inq̄ ꝯſiderem q̄ habēt aliquā volendi nolendiq; naturā
Nihil inuenio qḋ nullis extra cogentib; abiiciant manendi inten
tionē ⁊ ad īteritū ſponte feſtinēt Oīe nāq; aīal tueri ſalutē laborat
mortē vero ꝑniciēq; deuitat Sed quid de herbis arboribuſq; q̇d
de iaīatis oīno ꝯſentiā rebus. prorſus dubito P. Atqui non eſt ꝙ
de hoc poſſis ambigere cū herbas atq; arbores intuearis primū ſibi
conuenientib; innaſci locis. vbi quātū earū queat natura cito exa-
reſcere atq; interire nō poſſunt. Nā alie quidē campis. alie montib;
oriunt᷑. alias ferūt paludes. alie ſaxis herent aliaꝝ fecūde ſunt ſteri-
les harene. quas ſi in alia quiſpiā loca transferre conet᷑ areſcāt Sȝ
dat cuiq; natura qḋ ꝯuenit. ⁊ nedū manere poſſunt. ne intereāt. ela-
borat Quid ꝙ dicam oīes veluti in terras ore dimerſo trahūt ali
menta radicib;. ac ꝑ medullas robur corticemq; diffundūt Quid
ꝙ nobiliſſimū q̇dq; ſicuti medulla ē. ī interiore ſꝑ ſede recōdit᷑. extra
vera quadā ligni firmitate tuet᷑. vltimus āt cortex aduerſum celi in-
temperiē quaſi mali patiens defenſor opponit᷑ Jā vero quāta eſt na
ture diligentia vt cuncta multiplicato ſemine propagent᷑. q̄ oīa nō
modo ad tp̄s manendi verū generatim quoq; quaſi inꝑpetuū per-
manendi veluti quaſdā machinas eē q̇s neſciat Ea etiā que inaīata
eſſe credunt᷑. nōne qḋ ſuum eſt queq; ſimili rōne deſiderāt Cur em̄
flammas quidē ſurſum leuitas vehit. terras vero deorſum pondus
deprimit. niſi ꝙ hec ſingulis loca motioneſq; ꝯueniunt Porro āt qḋ
cuiq; ꝯſentaneū eſt. id vnūquodq; ꝯſeruat ſicuti ea q̄ ſunt inimica
corrūpunt. Jā vero que dura ſunt vt lapides adherent tenaciſſime

partib⁹ ſuis ⁊ ne facile diſſoluant̄ reſiſtūt Que ỽo liquentia vt aer atqꝫ aqua facile quidē diuidentib⁹ cedūt ſꝫ cito in ea rurſus a quib⁹ ſunt abſciſa relabunt̄ Ignis ỽo oēm refugit ſectionē Neqꝫ nūc nos de volūtarijs aīe cognoſcētis motib⁹ ſꝫ de naturali intentōe tracta/mus Sicuti ē ꝙ acceptas eſcas ſine ꝯgnitōe tranſigim⁹ ꝙ in ſom/no ſpūm ducim⁹ neſcientes Nā ne in aīalib⁹ quidē manēdi amor ex aīe voluntatib⁹ veꝝ ex nature pꝛīcipijs venit Nā ſepe mortē cogen/tib⁹ cauſis quā natura reformidat volūtas amplectit̄ Cōtraqꝫ illud (quo ſolo mortaliū rerū durat diuturnitas) gignēdi op⁹ qđ natu/ra ſēp appetit interdū coercet voluntas Adeo hec ſui charitas nō ex animali motione ſꝫ ex naturali intentōe ꝓcedit Dedit em̄ ꝓuidētia creatis a ſe reb⁹ hāc vel maximā manēdi cauſam vt q̄ ad pn̄t natu/raliter manere deſiderēt Quare nihil ē ꝙ vllo mō q̄as dubitare cun/cta q̄ ſt̄ appetere naturaliter ꝯſtantia ꝑmanēdi deuitare ꝑnicīē B. Cōfiteor inqꝫ nūc me indubitato cernere q̄ dudū incerta videbant̄ P. Qđ aūt inq̄t ſubſiſtere ac ꝑmanere appetit id vnū eſſe deſiderat Hoc em̄ ſublato ne eē cuiqꝫ ꝑmanebit B. Verū eſt inqꝫ P. Om̄ia igit̄ inq̄t vnū deſiderāt. B. Conſenſi P. Sꝫ vnū idipm̄ mōſtraui/mus eē qđ bonū B. Ita quidē P. Cuncta igit̄ bonū petūt qđ q̄dē ita deſcribas licet ipm̄ bonū eē qđ deſideret̄ ab oīb⁹. B. Nihil inqꝫ verius excogitari p̄t Nā vel ad nihilū cūcta referunt̄. ⁊ vno veluti ỽtice deſtituta. ſine rectore fluitabūt. aut ſi q̄d ē ad qđ vniuerſa feſti/nēt id erit oīm ſummū bonoꝝ P. Et illa nimiū inq̄t o alumne le/tor ipam em̄ medie veritatis notā mēte fixiſti Sꝫ in h̄ patuit tibi qđ ignorare te paulo an̄ dicebas B. Quid inqꝫ P. Quis eēt inq̄t reꝝ oīm finis Is ē em̄ ꝑfecto q̄d deſiderat̄ ab oīb⁹ qđ qꝛ bonū eē col/legimus oportet rerū omniū finem bonū eē fateamur.

¶ Metrum vndecimum libri tertij

Quiſquis profunda mēte veſtigat verum Cupitqꝫ nullis ille deuijs falli In ſe reuoluat intimi lucem viſus Longoſqꝫ in or/bem cogat inflectens motus Animūqꝫ doceat quicquid extra mo/litur. Suis retruſum poſſidere theſauris Dudum qđ atra texit er/roris nubes Lucebit ipſo perſpicacius phebo Nō om̄e nāqꝫ men/

re depulit lumẽ Obliuioſam corpus inuehens molem Heret ꝓfe-
cto ſemen introꝛſum veri Qđ excitaꝶ ventilante doctrina Nã cur ro-
gati ſponte recta cenſetis Ni merſus alto viueret fomes corde Qđ
ſi platonis muſa ꝑſonat verũ Qđ q̃ſq; diſcit immemoꝛ recoꝛdatur.

¶ Proſa duodecima libri tertij

TUm ego. platoni inq̃ vehementer aſſentioꝛ. naz me hoꝛum
iam ſcđo commemoꝛas Primũ ꝙ memoꝛiam coꝛpoꝛea con-
tagiõe. dehinc cũ meroꝛꝭ mole oppreſſus amiſi P. Tũ illa. ſi prioꝛa
inquit conceſſa reſpicias ne illud quidem longius aberit quin recoꝛ-
deris qđ te dudum neſcire confeſſus es B. Quid inq̃ P. Quibꝰ ait
illa gubernaculis mũdus regaꝶ B. Memini inq̃ me inſcitiã meam
fuiſſe confeſſum Sꝫ q̇d afferas. licet iã ꝓſpiciã. planius tñ ex te au-
dire deſidero P. Mundũ hũc inq̇t a deo regi paulo añ minime du-
bitãdũ putabas B. Ne nũc quidẽ arbitroꝛ inq̃ nec vnq̃ dubitan-
dũ putabo Quibuſq; in hꝫ rõnibꝰ accedã breuiter exponã Mũdus
hic ex tã diuerſis cõtrarijſq; ptibꝰ in vnã foꝛmã minime cõueniſſet
niſi vnus eẽt q̇ tã diuerſa ↄiũgeret. ↄiuncta vero naturarũ ipſa diuer-
ſitas inuicẽ diſcoꝛs diſſociaret atq; diuelleret niſi eſſet vnꝰ q̇ qđ nex-
uit ↄtineret Nõ tã vero certꝰ nature oꝛdo ꝓcederet nec tã diſpoſitos
motus locis tpibꝰ efficiẽtia ſpacijs q̃litatibꝰ explicaret niſi vnꝰ eſſet
q̇ has mutationũ varietates manẽs ipſe diſponeret Hoc q̇cq̇d ẽ quo
cõdita manẽt atq; agitanꝶ. vſitato cunctis vocabulo deũ noĩo. P.
Tũ illa Cũ hec inq̇t ita ſentias ꝑuã mihi reſtare opam puto. vt fe-
licitatis cõpos patriã ſoſpes reuiſas ſed q̃ ꝓpoſuimus intueamur
Nõne in btitudĩe ſufficiẽtiã nũerauimꝰ deũq; beatitudinẽ ipam eſſe
cõſenſimꝰ: B. Ita q̇dẽ P. Et ad mũdũ igiꝶ inq̇t regẽdũ nullis ex-
trinſecꝰ adminiculis ĩdigebit. alioq̇n ſi q̃ egeat plenã ſufficiẽtiã nõ
habebit B. Id inq̃ ita ẽ neceſſariũ P. Per ſe igiꝶ inq̇t ſolũ cũcta diſpo-
nit B. Negari inq̃ nõ pt. P. Atq̇ deꝰ ipm bonũ eẽ mõſtratꝰ eſt. B.
Memini inq̃. P. Per bonũ igiꝶ cũcta diſponit ſi q̇dem ꝑ ſe regit
oĩa que bonũ eẽ cõceſſimꝰ ⁊ hic ẽ veluti q̇dã clauus atq; gubernacu-
lum quo mundana machina ſtabilis atq; incoꝛrupta ſeruatur. B.
Uehementer aſſentioꝛ inq̃ ⁊ id te paulo ante dicturam tenui licet

ſuſpitōe ꝓſpexi P. Credo inquit iā em̄ vt arbitror vigilantius ob
cernenda vera oculos deducis. ſed qđ dicā nō minus ad ꝯtuendū
patet B. Quid inq̄ P. Cū deus inquit oīa bonitatis clauo guber/
nare iure credat᷑ eadēq; oīa ſicuti docui ad bonū naturali intentione
feſtinent. Nū dubitari pt̄ quin voluntarie regant᷑ ſeq; ad diſponen/
tis nutū veluti cōuenientia ꝯtemꝑataq; rectori ſponte ꝯuertāt. B.
Ita inq̄ neceſſe ē nec beatum regimen eē videret᷑. ſiq̄dem detrectan/
tiū iugū foret nō obtemꝑantiū ſalus Nihil eſt igit᷑ quod naturam
ſeruans. deo contra ire conet᷑ B. Nihil. inq̄. P. Quid ſi conet᷑ ait
nū tandē ꝓficiet q̄cq̄ aduerſus eū quē iure potētiſſimū beatitu/
dinis eſſe conceſſimus B. Prorſus inq̄ nihil valeret P. Nō ē igit᷑
aliquid quod ſummo huic bono vł velit vel poſſit ꝯſiſtere. B. Nō
inquā arbitror. P. Eſt igit᷑ ſummū bonū inq̄t qđ regit cuncta for/
titer ſuauiterq; diſponit B. Tū ego. q̄ inq̄ me nō mō ea que con/
cluſa eſt ſumma rōnū. verū multo magis hec ipa quibꝫ vteris verba
delectāt. vt tandē aliquando ſtultitiā magna latrantē ſui pudeat.
P. Accepiſti inq̄t in fabulis laceſſentes celū gigantes ſed illos q̄q;
(vti condignū fuit) benigna fortitudo depoſuit Sz vis ne rōes ip/
ſas inuicē collidamus forſitā ex huiuſmodi ꝯflictatōe pulchra q̄dā
veritatis ſcintilla diſſiliat B. Tuo inq̄ arbitratu P. Deū inq̄t eſſe
omnipotentē nemo dubitauerit B. Qui quidē inq̄ mente ꝯſiſtat
nullus prorſus ambigat P. Qui vero eſt inq̄t oīpotens nihil ē qđ
ille non poſſit B. Nihili inq̄ P. Nū igit᷑ deus facere malū pt̄. B.
Minime inq̄. P. Malū igit᷑ inquit. nihil eſt cū id facere ille non
poſſit q̄ nihil nō poteſt B. Ludis ne inq̄ me inextricabilē labyrin/
thū rōnibꝫ texens Quo nūc quidē q̄ egrediaris introeas nūc vero q̄
introieris egrediare. an diuine mirabilē quendā ſimplicitatis orbē
complicas Etem̄ paulo añ a btitudine incipiēs eā ſummū bonum
eſſe dicebas quā in ſummo deo ſitā loquebare Ipſum q̄q; deū ſum/
mū eē bonū plenāq; beatitudinē diſſerebas ex q̄ neminē btm̄ fore ni
ſi q̄ ꝑiter deus eſſet. quaſi munuſculū dabas Rurſus ipam boni for/
mā dei beatitudiniſq; loquebaris eē ſubſtantiā Ipmq; vnum idipm
eſſe bonū dicebas qđ ab oī rez natura peteret᷑ Deū q̄q; bonitatis.

gubernaculis vniuerſitatē regere diſputabas volētiaq̧ cūcta parere illi nec vllam mali eſſe naturaz atq̧ hec nullis extrinſecus ſumptis ſed altero ex altero fidē trahente inſitis domeſticiſq̧ probatōibꝫ explicabas P. Tū illa Minime inquit ludimꝰ remq̧ oīm maximā dei munere quē dudū deprecabamur exegimꝰ Ea eſt eīn diuine forma ſubſtantie vt neq̧ in externa dilabaꝛ nec in ſe externū aliq̄d ipa ſuſcipiat Sed ſicut de ea Permenides ait oēm tu circulo adducis ſponte multitudinē id eſt Rerū orbem mobilē rotat dū ſe immobilem ipa conſeruat Quod ſi rationes quoq̧ nō extra petitas. ſed intra rei quā tractabamus ambitū collocatas agitauimꝰ. nihil eſt q̄d admirere cū platone ſentiente didiceris. cognatos de q̄bꝫ loquūtur rebꝫ oportere eē ſermones.

¶ Metrū duodecimū libri tertij

Felix qui potuit boni. fontem viſere lucidum
felix qui potuit grauis Terre ſoluere vincula
Quondā funera coniugis. Uates threicius gemens
Poſtq̄ flebilibus modis Siluas currere mobiles
Amnes ſtare coegerat Iunxitq̧ intrepidum latus
Seuis cerua leonibꝫ Nec viſum timuit lepus
Iam cantu placidum canem Cū flagrantior intima
Feruor pectoris vreret Nec qui cūcta ſubegerant
Mulcerent dn̄m modi Immites ſuperos querens
Infernas adijt domos Illic blanda ſonantibꝫ
Chordis carmina temperans Quicquid precipuis dee
Matris fontibus hauſerat Qd̄ luctus dabat impotens
Qd̄ luctū geminans amor Deflet tenara cōmouens
Et dulci veniā prece Umbrarū dn̄os rogat
Stupet tergeminus nouo Captus carmine ianitor
Que ſontes agitāt metu. Ultrices ſcelerum dee
Iam meſte lachrymis madent. Nō ixioniū caput
Uelox precipitat rota Et longa ſiti perditus
Spernit flumina tantalus Uultur dū ſatur eſt modis
Non traxit ticij iecur Tandem vincimur arbiter
Umbrarum miſerans ait Donemus comitem viro

Emptā carmine coniugem Sed lex dona coerceat
Ne dū tartara liquerit Fas ſit lumina flectere
Quis legem det amantibꝫ Maior lex amor eſt ſibi
Heu noctis prope terminos Orpheus eurydicen ſuam
Uidit. perdidit. occidit. Uos hec fabula reſpicit
Quicunq̄ʒ in ſuperū dić. Mentem ducere queritis
Nam qui tartareum in ſpecus. Uictus lumina flexerit
Quicquid precipuū trahit Perdit dum videt inferos

¶ Finito libro tertio

## ¶ Incipit liber quartus de conſolatōe philoſophie

### ¶ Proſa prima quarti libri

Hec cū phīa dignitate vultus ⁊ oris grauitate ſeruata leniter ſuauiterq̄ʒ cecinisſet, Tū ego nōdū penitus inſiti meroris oblit⁹ intētōem dicere adhuc aliq̄d parātis abrupi Et o inq̄ʒ veri preuia lumīs q̄ vſq̄ʒ adhuc tua fudit oratio tū ſui ſpeculatōe diuina. tū tuis rōnibꝫ īuicta patuerūt Eaq̄ʒ mihi ⁊ſi ob iniurie dolorē nup oblita. nō tñ añhac ꝓrſus ignorata dixiſti Sʒ ea ipa ē vel maxia nr̄i cā meroris ꝙ cū rex bon⁹ rector exiſtat vl' eſſe oīno mala poſſint vl' īpunita pretereāt Qđ ſolū quāta dignū ſit admiratōe ꝑfecto ꝯſidera Atq̄ʒ huic aliud maius adiūgiť Nā impante florēte neq̄cia. ꝟt⁹ nō ſolū p̄mijs caret. verꝫ etiā ſceleratorū pedibꝫ ſubiecta calcať ⁊ ī locū facinorꝫ ſupplicia luit Que fieri ī regno ſciētis oīa. potētis oīa. ſʒ bona tm̄mō volētis dei nemo ſatꝭ p̄t nec admirari nec cōqueri ꝑ. Tū illa ⁊ eēt inq̄t īfiniti ſtuporis oībuſq̄ʒ horribili⁹ monſtrꝭ. ſi vti tu eſtimas ī tāti velut patriſfamilias diſpoſitiſſima domo vilia vaſa colerenť. p̄cioſa ordeſcerent Sʒ nō ita ē Nā ſi ea q̄ paulo ante ꝯcluſa ſꝭ īcōuulſa ſeruanť. ipo de cui⁹ nūc regno loquimur auctore cognoſceres ſp q̄dē potētes bonos eē. malos ꝟo abiectos ſp atq̄ʒ imbecilles. nec ſine pena vn̄ꝗ̄ eē vitia. nec ſine p̄mio ꝟtutes. bonis felicia. malis ſp īfortunata ꝯtingere Multaq̄ʒ id genus que ſopitis querelis firmate ſoliditate corroborent. Et qm̄ vere formam

beatitudis me dudū monſtrante vidiſti. q̄ etiā ſita ſit agnouiſti. decurſis oībꝫ q̄ pretermittere necāriū puto. viā tibi q̄ te domū reuehat oñdā Pennas etiā tue mēti qbꝫ ſe in altū tollere poſſit affigā vt perturbatōe depulſa ſoſpes ī patriā meo ductu. mea ſemita. meis etiā vehiculis reuertaris

¶ Metrū primū quarti libri.

SUnt etiā penne volucres mihi Que celſa cōſcendāt poli
Quas ſibi cū velox mens induit Terras peroſa deſpicit
Aeris immēſi ſuperat globū. Nubeſqꝫ poſt tergū videt
Quiqꝫ agili motu calet etheris. Tranſcendit ignis verticem
Donec in aſtriferas ſurgat domos Phoeboqꝫ coniungat vias
Aut comitet iter gelidi ſenis Miles coruſci ſideris
Uel quocūqꝫ micans nox pingit. Recurrat aſtri circulum
Atqꝫ vbi iā exhauſtū fuerit ſatis Polū relinquat extimum
Dorſaqꝫ velocis premat etheris Compos verendi luminis
Hic regū ſceptrū dñs tenet Orbiſqꝫ habenas temperat
Et volucrē currū ſtabilis regit. Rerum coruſcus arbiter
Huc te ſi reducē reuehat via. Quā nūc requiris immemor
Hic dices. memini patria ē mihi Hinc ortus. hic ſiſtā gradus
Quod ſi terrarꝫ placeat tibi. Noctē relictā viſere
Quos miſeri toruos populi timent Cernes tyrānos exules

¶ Proſa ſecunda quarti libri

TUm ego pape inq̄ꝫ vt magna promittis. nec dubito quin poſſis efficere. tu modo quē excitaueris ne moreris P. Primum igit̃ inquit bonis ſp̄ adeē potētiā. malos cūctis viribꝫ eē deſertos agnoſcas licebit. quꝫ q̄dē alterꝫ demōſtrat̃ ex altero Nā cū bonū malūqꝫ ꝯtraria ſint. ſi bonū potēs eſſe ꝯſtiterit. liquet ībecillitas mali. at ſi fragilitas clareſcat mali. boni firmitas nota ē Sꝫ vti nr̄e ſnīe fides abundātior ſit alterutro calle ꝓcedā. nūc hic nūc īn ꝓpoſita ꝯfirmās Duo ſūt q̄bꝫ oīs hūanorꝫ actuū ꝯſtat effect᷒. volūtas ſcꝫ ac ptās. quarū ſi alterutrū deſit nihil ē qđ explicari q̄at deficiēte etenī volūtate ne aggredit̃ quidē q̄ſqꝫ qđ nō vult. at ſi ptās abſit. volūtas fruſtra ſit Quo fit vt ſi quē videas velle adipiſci qđ minime adipiſcatur huic obtinendi qđ voluerit defuiſſe valentiā dubitare non poſſis. Boetius

Perſpicuũ eſt inq̄ nec vllo modo negari poteſt. P. Quem vero effe ciſſe qđ voluerit videas nũ etiã potuiſſe dubitabis? B. Minime P. Qđ vero quiſq̄ poteſt in eo validus. qđ vo nõ p̄t in hoc imbecillis eẽ cencendus ẽ B. Fateor inq̄. P. Meminiſti ne igiť inq̄t ſuperioribꝫ rõnibꝫ eſſe collectũ intentõem omnẽ volũtatis humane q̄ diuerſis ſtudijs agiť ad beatitudinem feſtinare B. Memini inq̄ id quoq̄ eſſe demõſtratũ. P. Nũ recordaris btitudinẽ ip̄m eſſe bonũ eoq̄ mõ cũ btitudo petiť ab oibꝫ deſiderari bonũ? B. Minime inq̄ recordor qm̄ id memorie fixũ teneo P. Omnes igiť hoies boni pariter ac mali indiſcreta intentõe ad bonũ ꝑuenire nituntur. B. Ita inq̄ cõſequens eſt. P. Sed certũ eſt adeptione boni bonos fieri B. Certũ. P. Adipiſcunť igiť boni qđ appetũt. B. Sic videť P. Mali vero ſi adipiſcerenť qđ appetũt bonũ. mali eſſe nõ poſſent. B. ita eſt. P. Cũ igiť vtriq̄ bonũ petant ſed hi quidẽ adipiſcantur illi vero minime. non dubiũ eſt bonos quidẽ potentes eſſe. qui vo mali ſunt imbecilles B. Quiſquis inq̄ dubitat. nec rerũ naturam nec conſequentiã p̄t conſiderare rationũ P. Rurſus inquit. Si duo ſint quibꝫ idem ſm naturã ꝓpoſitũ ſit. eorumq̄ vnus naturali officio idip̄m agat atq̄ perficiat. alter vero naturale illud officiũ minime adminiſtrare queat. Alio vero mõ q̄ nature conuenit non quidẽ impleat propoſitũ ſuũ ſed imiteť implentem. quẽ nã hoꝝ valentiorẽ eſſe decernis? B. Et ſi cõiecto inq̄ quid velis. planius tñ audire deſidero P. Ambulandi inquit motũ ſm naturã eſſe hoibꝫ negabis? B. Minime inq̄ P. Eiuſq̄ rei pedũ officiũ eſſe naturale nũ dubitas? B. Nec hoc quidem inq̄ P. Si q̄s igiť pedibꝫ incedere valens ambulet. aliuſq̄ cui hoc naturale pedũ deſit officiũ manibꝫ nitens ambulare coneť quis iure hoꝝ valentior exiſtimari poteſt? B. Contexe inq̄ cetera. nã qui naturalis officij potens. eo qui idẽ nequeat valentior ſit nullus ãbigit P. Sed ſummũ bonũ quidem eque malis boniſq̄ ꝓpoſitũ. boni quidẽ naturali officio virtutum petunt. Mali vero ſvariã ꝑ cupiditatẽ qđ adipiſcendi boni naturale officiũ nõ ẽ idip̄m conanť adipiſci An tu aliter exiſtimas? B. Minime inq̄. nec etiã qđ eſt conſequens patet Ex his em̄ que con

ceſſerim bonos quidē potentes. malos vero eſſe neceſſe ē imbecilles
P. Recte inquit ꝑcurris (idq; vti medici ſperare ſolent) indiciū eſt
erecte iā reſiſtētiſq; nature Sed qm̄ te ad intelligendū promptiſſi
mū eē ꝯſpicio. crebras coaceruabo rōnes Vide eñ q̄nta vitioſoꝝ ho
minū pateat infirmitas. q̄ ne ad h̄ q̄dē ꝑuenire queūt. ad qd̄ eos na
turalis ducit ac pene ꝯpellit itentio Et q̄d? ſi h̄ tā magno ac pene
inuicto ꝑeuntis nature deſerentur auxilio? Cōſidera ꝟo q̄nta ſcelera/
tos hoīes habeat ipotētia Neq; eñ leuia aut ludicra p̄mia petūt. q̄
cōſeq̄ atq; obtinere nō pn̄t. ſ3 circa ipa3 rerū ſummā verticēq; defici
unt. nec in eo miſeris ꝯtingit effcūs ꝙ ſolū dies nocteſq; moliuntur
In q̄ re bonoꝝ vires eminēt Sicut eñ eū q̄ pedibꝫ icedēs. ad eū lo
cū vſq; ꝑuenire potuiſſet. q̄ nihil vlterius ꝑuiū iaceret inceſſui. ābu
landi potentiſſimū eē cēſeres. ita eū q̄ expetēdoꝝ finē q̄ nihil vltra ē
app̄hendit. potentiſſimū neceſſe ē iudices. Ex q̄ fit qd̄ huic obiacet.
vt q̄dē ſceleſti viribꝫ oībꝫ videant̄ eē deſerti Cur eñ relicta ꝟtute vi/
tia ſectant̄? inſcitia ne bonoꝝ? ſ3 q̄d eneruati⁹ ignorantie cecitate? An
ſectā da nouerūt? ſ3 tranſuerſos eos libido ꝑcipitat. ſic q̄q; itempan
tia fragiles ſunt. q̄ obluctari vitio nequeūt An ſciētes volenteſq;
bonū deſerūt. ad vitia deflectūt̄ S3 h̄ mō nō ſolū potētes eē. ſ3 oīno
eē deſinūt Nā q̄ cōem oīm q̄ ſūt finē relinquūt. ꝑiter q̄q; eē deſiſtunt
qd̄ q̄dē cuipiā mirū forte videat̄. vt malos q̄ plures hoīm ſūt eoſ/
dem nō eē dicam⁹. ſ3 ita ſeſe res habet. Nam q̄ mali ſunt. eos malos
eſſe nō abnuo. ſ3 eoſdē eē pure atq; ſimpliciter nego. Nā vti ⁊ cada/
uer hoīem mortuū dixeris. ſimplr̄ ꝟo hoīe3 appellare nō poſſis. ita
vitioſos. malos q̄dē eē ꝯceſſerim. ſ3 eē abſolute nequeam ꝯfiteri Eſt
eñ qd̄ ordinē retinet. ſeruatq; naturā Qd̄ ꝟo ab hac deficit. eē etiā
qd̄ in ſui natura ſitū ē derelinq̄t S3 pn̄t inq̄es mali. nō ego q̄dē nega
uerim. ſ3 hec q̄dē eoꝝ potentia nō a viribꝫ ſ3 ab ībecillitate deſcendit
Pn̄t eñ mala q̄ minime valerēt ſi ī bonoꝝ efficiētia manere potui/
ſſent Que poſſibilitas eos euidentius nihil poſſe demonſtrat. Nā
ſi (vti pauloan̄ collegimus) malu3 nihil eſt. cū mala tm̄mō poſſint
nihil poſſe improbos liq̄t B. Perſpicuum eſt. P. Atq; vt intelli/
gas que nā ſit huius potentie vis. ſummo bono nihil potentius eſſe

paulo añ deffiniuimꝰ B. Ita ē inq̄ P. Sȝ idē (inq̄t) facere malū ne-
quit B. Minime. P. Eſt igitᷣ inq̄t aliq̄s q̄ oīa poſſe hoīes putet? B.
Niſi q̄s inſaniat. nemo. P. Atq̄ iidē pn̄t mala. B. Utinā quidē inq̄
nō poſſent P. Cū igitᷣ bonoꝝ tantūmō potēs poſſit oīa. nō vero
queāt oīa potentes etiā maloꝝ. eoſdē qui mala pn̄t. minꝰ poſſe ma
nifeſtū ē Huc accedit. q̄ oēm potentiā inter expetēda nūerandam.
oīaq̄ȝ expetenda referri ad bonū. velut ad q̄ddaȝ nature ſue cacumen
oñdimꝰ Sȝ patrādi ſceleris poſſibilitas referri ad bonū nō poteſt
Expetēda igitᷣ nō ē Atq̄ oīs potētia expetenda ē Liq̄t igitᷣ maloruȝ
poſſibilitatē nō. eē potentiā E q̄bꝫ oībꝫ bonoꝝ quidē potentia. ma-
loꝝ ꝟo minime dubitabilis apparet īfirmitas Ueraq̄ȝ illā platonis
eē ſniam liquet Solū eos qd̄ deſiderēt facere poſſe ſapiētes. īprobos
ꝟo exercere q̄dē q̄d libeat. qd̄ ꝟo deſiderēt explere nō poſſe Faciūt em̄
que libet. dū ꝑ ea q̄bꝫ delectanᷣ. id bonū qd̄ deſiderant ſe adepturos
putāt. ſȝ mīme adipiſcūᷣ. qm̄ ad btītudinē probra nō veniunt.

¶ Metrū ſcđm libri quarti

Quos vides ſedere celſo Solij culmine reges
Purpura claros nitente Septos triſtibꝫ armis
Ore toruo comminātes Rabie cordis anhelos
Detrahat ſi quis ſuperbis Uani tegmina cultus
Jam videbit intus arctas Dominos ferre cathenas
Hinc em̄ libido verſat Auidis corda venenis
Hinc flagellat ira mentē Fluctus turbida tollens
Meror aut captos fatigat Aut ſpes lubrica torquet
Ergo cū caput tot vnū Cernas ferre tyrannos
Non facit quod optat ipſe Dominis preſſus iniquis

¶ Proſa tertia libri quarti

Vides ne igitᷣ quāto in ſceno ꝓbra voluanᷣ? q̄ ꝓbitas lucere-
ſplendeat? In q̄ ꝑſpicuū eſt nūq̄ȝ bonis p̄mia. nūq̄ȝ ſua ſcele-
ribꝫ deeē ſupplicia Reꝝ em̄ q̄ gerunᷣ. illud ꝓpter qd̄ vnaq̄q̄ȝ res ge
riᷣ. eiuſdē rei p̄miū eē nō iniuria videri pt. vti currēti ī ſtadio ꝓpter
quā curriᷣ. iacet p̄miū corona Sȝ btītudinē eē id ip̄m bonū ꝓpter
qd̄ oīa gerunᷣ. oſtendimꝰ Eſt igitur humanis actibꝫ ip̄m bonum

velutí premiũ cõe propoſitũ. Atq̃ hoc a bonis non p̃t ſepari Neq̃ eñi bonus vltra iure vocabit̃. q̃ careat bono. quare pbos mores ſua premia nõ relinquũt Quantũlibet igit̃ ſeuiant mali. ſapiẽti tamen corona nõ decidet. non areſcet Neq̃ eñi probis animis ppriũ decus aliena decerpit ĩprobitas Qđ ſi extrinſecus accepto letarent̃. poterat h̃ vl' alius q̃ſpiã. vl' ipe etiã q̃ ꝯtuliſſet auferre Sꝫ qm̃ id ſua cuiq̃ pbitas ꝯfert. cũ ſuo premio carebit cũ pbus eſſe deſierit Poſtremo cũ omne premiũ iccirco appetat̃. qm̃ bonũ eſſe credit̃. q̃s boni cõpotẽ p̃mij iudicet expertẽ? At cui⁹ p̃mij? oĩm pulcherrimi maximiq̃ Memẽto eñi illi⁹ corollarij qđ pauloan̄ precipuũ dedi. ac ſi collige Cũ ip̃m bonũ btitudo ſit. bonos oẽs eo ip̃o q' boni ſunt. fieri beatos liquet Sꝫ q̃ btĩ ſunt. deos eẽ ꝯuenit Eſt igit̃ premiũ bonoꝝ qđ nullus deterat dies. nullius minuat ptãs. nulli⁹ fuſcet ĩprobitas deos fieri Que cũ ita ſint. de maloꝝ q̃q̃ ĩſepabili pena dubitare ſapiẽs neq̃at Nã cũ bonũ malũq̃. itẽ pena atq̃ p̃miũ aduerſa frõte diſſideãt. q̃ in boni p̃mio videm⁹ accidere. eadẽ necẽ ẽ in mali pena cõtraria pte rñdeãt Sicut igit̃ pbis pbitas ip̃a ſit p̃miũ. ita ĩprob neq̃cia ip̃a ſuppliciũ ẽ Jã ṽo q̃ſq̃s afficit̃ pena. malo ſe affcm̃ eẽ nõ dubitat Si igit̃ ſeſe ip̃i eſtiare velĩt pñt ne ſibi ſupplicij exptes videri? q̃s oĩm maloꝝ extrema neq̃cia nõ afficit mõ veꝝ etiã vehemẽter inficit Uideãt ex aduerſa pte bonoꝝ q̃ ĩprobos pena comitet̃. Oẽ nãq̃ qđ ſit. vnũ eẽ. ip̃mq̃ vnũ bonũ eẽ pauloan̄ didiciſti Cui ꝯñs ẽ vt oẽ qđ ſit id etiã bonũ eẽ videat̃ Hoc igit̃ mõ q̃cq̃d a bono deficit. eſſe deſiſtit. q̃ fit vt mali deſiſtant eẽ qđ fuerãt Sꝫ fuiſſe hoĩes. adhuc ip̃a humani corpis relicta ſpecies oñtat Quare verſi in maliciã. hũanã q̃q̃ amiſere naturã Sꝫ cũ vltra hoĩes quẽq̃ puehere ſola pbitas poſſit Nece ẽ vt q̃s ab hũana ꝯditõe deiecit ĩfra hoĩs meritũ detrudat improbitas Euenit igit̃ vt quẽ tranſformatũ vitijs videas. hominẽ eſtimare nõ poſſis Auaricia feruet alienaꝝ opũ violent⁹ ereptor. ſimilẽ lupo dixeris Ferox atq̃ ĩquiet⁹ linguã litigijs exercet. cani cõparabilis Inſidiator occultus ſurripuiſſe fraudibus gaudet. vulpeculis exequit̃ Ire intemperãs fremit leonis animum geſtare credat̃ Pauidus ac fugax nõ metuẽda formidat. ceruis ſimil' habeat̃

Segnis ac ſtupidus torpet. aſinū viuit. Leuis ac inconſtans ſtudia permutat. nil ab auibus differt. Fedis imūdiſqȝ libidinib⁹ imergit. ſordide ſuis voluptate detinet. Ita fit vt qui probitate deſerta homo eſſe deſierit. cū in diuinā ꝯditionē tranſire nō poſſit vertat in beluam.

¶ Metrum tertiū quarti libri

Vela neritij ducis Et vagas pelago rates
Eurus appulit inſule. Pulchra qua reſidens dea
Solis edita ſemine. Miſcet hoſpitib⁹ nouis
Tacta carmine pocula Quos vt in varios modos
Vertit herbipotens manus Hunc apri facies tegit
Ille marmaricus leo Dente creſcit ⁊ vnguibus
Hic lupis ſuperadditus flere dum parat vlulat
Ille tigris vt indica Tecta mitis obambulat
Sed licet varijs malis. Numen arcadis alitis
Obſitū miſerans ducem. Peſte ſoluerit hoſpitis
Iam tamē mala remiges Ore pocula traxerant
Iam ſues cerealia Glande pabula verterant
Et nihil manet integrū. Voce. corpore perditis
Sola mens ſtabilis ſupereſt Monſtra que patitur gemit.
O leuem nimiū manum. Nec potentia gramina
Membra que valeant licet Corda vertere non valet
Intus eſt hominū vigor. Arce conditus abdita
Hec venena potentius Retrahunt hoīem ſibi
Dira que penitus meant. Nec nocentia corpori
Mentis vulnere ſeuiunt

¶ Proſa quarta quarti libri

Tum ego. fateor inqȝ nec iniuria dici video. vitioſos tam etſi humani corporis ſpeciem ſeruent. in beluas tm̄ animorum qualitate mutari. Sed quoꝝ atrox ſceleratacqȝ mēs bonoꝝ pnicie ſeuit. idipm̄ eis licere noluiſſeȝ. P. Nec licet inq̄t. vti cōuenienti monſtrabit loco. ſȝ tm̄ ſi id ipm qd̕ eis licere credit auferat. magna ex pte ſceleratoꝝ hoīȝ pena releuet. Etem̄ qd̕ icredibile cuiqȝ forte videat. infeliciores eē neceē malos. cū cupita pfecerit. qȝ ſi ea q̄ cupiūt iplere

non poſſint Nã ſi miſerũ eſt voluiſſe praua. potuiſſe miſerius eſt. ſine q̃ voluntatis miſere langueret effectus. Itaqꝫ quũ ſua ſingulis miſeria ſit. triplici infortunio necẽ eſt vrgeant͛ quos videas ſcelus velle et poſſe ⁊ pficere B. Accedo inqꝫ ſed vti hoc infortunio cito careant patrandi ſceleris poſſibilitate deſerti vehemẽter exopto P. Carebũt inq̇t oci⁹ q̄ꝫ vl' tu forſitã velis vl' illi ſeſe exiſtimẽt eẽ cariturꝫ Neqꝫ em̃ eſt aliq̇d in tã breuibꝫ vite metis ita ſecurum. qđ expectare longũ imortalis preſertim anim⁹ putet Quoꝝ magna ſpes ⁊ excelſa facinoꝝ machĩa repentio atqꝫ iſeparato ſepe fine deſtituit͛ Qđ q̇dẽ illis miſerie modũ ſtatuit Nã ſi neq̇cia miſeros facit. miſerioꝛ ſit neceſſe eſt diuturnioꝛ neqꝫ Quos infeliciſſimos eſſe iudicarẽ ſi nõ eorum maliciã ſaltẽ mors extrema finire. Etem̃ ſi deprauitatis infortunio vera concluſim⁹. infinitã liquet eſſe miſeriã. quã eẽ cõſtat eternã. B. Tũ ego mira quidez inqꝫ ⁊ conceſſu difficilis illatio ſed his eã que prius ꝯceſſa ſunt nimiũ ꝯuenire cognoſco P. Recte inquit eſtimas ſed qui ꝯcluſioni accidere durũ putat. equũ ẽ vel falſuꝫ aliquid preceſſiſſe demonſtret vl' collatõem ppõnũ nõ eſſe efficacẽ neceſſarie ꝯcluſiõis oſtendat Alioquin ꝯceſſis precedentibꝫ nihil proꝛſus ẽ qđ de illatõe cauſet͛ Nã hꝫ quoqꝫ qđ dicã nõ min⁹ mirũ videat͛ ſed ex his q̃ ſumpta ſunt eq̇ue eſt necãriũ B. Quidnã inqꝫ P. feliciores eſſe inquit improbos ſupplicia luentes quã ſi eos nulla iuſticie pena coerceas Neqꝫ id nũc molioꝛ qđ cuiuis veniat in mẽtem corrigi vltione prauos mores. ⁊ ad rectuꝫ ſupplicij terrore deduci. ceteris quoqꝫ exemplũ eẽ culpanda fugiẽdi Sꝫ alio quodã modo infeliciores eſſe iprobos arbitroꝛ impunitos tametſi nulla rõ correctionis. nullus reſpectus habeat͛ exẽpli B. Et quis erit inqꝫ pter hos alius mod⁹ P. Et illa. bonos inq̇t eẽ felices malos vo miſeros nõne conceſſimus? B. Ita ẽ inqꝫ P. Si igit͛ inquit miſerie cuiuſpiã bonũ aliqđ addat͛ nõne felicioꝛ eſt eo cuius pura ac ſolitaria ſine cuiuſpiã boni admixtione miſeria ẽ? B. Sic videt͛ inqꝫ. P. Quid ſi eidẽ miſero q̃ cunctis careat bonis. preter ea q̇bꝫ miſer eſt malũ aliud fuerit annexũ nõne multo infelicioꝛ eo cenſend⁹ ẽ. cuius infortuniũ boni participatiõe releuat͛. B. Quidni inqꝫ. P. Habent igit͛ iprobi

cū puniunt̄ quidē boni aliq̄d annexū penā ipam ſcʒ q̄ rōne iuſticie bo
na ē.ijdēqꜫ cū ſupplicio carēt ineſt eis aliq̄d alterius mali ipa impu
nitas. quā iniq̄tatis merito malū eē ꝯfeſſus es B. negare nō poſſuꝫ
P. Multo igitur infeliciores īprobi ſūt iniuſta īpunitate donati q̄ꝫ
iuſta vltōe puniti Sʒ puniri īprobos iuſtū. īpunitos ꝟo elabi ini
quū eē manifeſtū ē B. Quis id neget P. Sʒ nec illud q̄dē ait q̄ſq̄ꝫ ne
gabit bonū eē oē qđ iuſtū ē. ꝯqꜫ qđ iniuſtū ē malū liq̄t eē P. Tū ego
Iſta q̄dē ꝯſequētia ſūt eis q̄ paulo an̄ ꝯcluſa ſūt Sʒ q̄ſo iq̄ꝫ te nulla
ne aīarū ſupplicia poſt defūctū morte corp⁹ relinq̄s P. Et magna q̄
dē inq̄t q̄ꝝ alia penali acerbitate. alia ꝟo purgatoria clemētia exerce
ri puto Sʒ nūc de his diſſerere ꝯſiliū nō ē Id ꝟo hacten⁹ egim⁹. vt
que idigniſſima tibi videbat̄ maloꝝ poteſtas eā nullā eē cognoſce
res. quoſqꜫ impunitos querebare videres nūq̄ꝫ improbitatis ſue ca
rere ſupplicijs. Licentiā quā cito finiri precabaris nec longā eē di
ſceres īfelicioreqꜫ fore ſi diuturnior ī feliciſſimaꝫ vero ſi eſſet eterna
Poſt hec miſeriores eſſe improbos iniuſta īpunitate dimiſſos q̄ꝫ
iuſta vltione punitos Cui ſnīe ꝯſequēs ē vt tū demū grauioribꝫ ſup
plicijs vrgeant̄ cū impuniti eē credunt̄. B. Tū ego cū tuas inq̄ꝫ ra
tiones conſidero nihil dici verius puto. At ſi ad hoīm reuertar iu
dicia quis ille eſt cui hec nō credenda modo ſed ſaltem nō audiēda
videantur? P. Itaqꜫ ē inquit illa. nequeunt em̄ oculos tenebris aſ
ſuetos ad lucē perſpicue veritatis attollere ſimileſqꜫ auibꝫ ſunt q̄rū
intuitū nox illuminat. dies cecat Dū em̄ nō rerū ordinē. ſed ſuos in
tuent̄ affectus. vel licentiā. vl' īpunitatē ſcelerū putāt eē felicē. Uide
aūt q̄d eterna lux ſanciat Melioribꝫ animū ſi confirmaueris nihil
opus ē iudice premiū deferēte. tu te ipē excellentioribꝫ addidiſti Si
ſtudiū ad peiora deflexeris extra ne q̄ueſieris vltorē. tu te ipē in dete
riora detruſiſti veluti ſi vicibꝫ ſordidā humū celūqꜫ reſpicias. cūctis
extra ceſſantibꝫ ipa cernēdi rōne. nūc ceno. nūc ſideribꝫītereſſe videa
ris At vulg⁹ iſta nō reſpicit Quid igit̄. his ne accedam⁹ quos beluis
ſimiles eē monſtrauim⁹ Quid ſi q̄s amiſſo penitus viſu ipm etiam
ſe habuiſſe obliuiſceret̄ intuitū. nihilqꜫ ſibi ad humanam perfecti
onem deeſſe arbitraret̄. nū videntes eadē cecos putaremus. Nonne

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139740-p0074-2

Illud quidē acquieſcent. qđ eq̄ validis rōnū nitit̄ firmamētis infe-
liciores eſſe eos q̄ faciūt q̄ȝ q̄ patiāt̄ iniuriā B. Uellē inq̄ȝ has ipas
audire rōnes P. Omēm igr̄ iprobū nū ſupplicio dignū negas B.
Minime inq̄ȝ P. Infelices ꝟo eē q̄ ſunt iprobi multipl'r liquet. B.
Ita ē inq̄ȝ P. Qui igit̄ ſupplicio digni ſīt miſeros eē num dubitas
B. Conuenit inq̄ȝ P. Si igit̄ cognitor ait reſideres. cui ſuppliciū
inferendū putares. ei ne q̄ feciſſet an q̄ ꝑtuliſſet iniuriā B. Nec am
bigo inq̄ȝ q̄n in ꝑpeſſo ſatiſfacerē dolore facientis P. Miſerior igit̄ ti-
bi iniurie illator quā acceptor eē videret̄. B. Cōſeq̄tur inq̄ȝ Hac igit̄
aliiſq̄ȝ de cauſis ea radice nitētibꝰ q̄ turpitudo ſuapte natura miſe-
ros faciat. apparet illatā cuilibet iniuriā nō accipientis ſȝ inferētis
eē miſeriā P. Atq̄ nūc ait ↄtra faciūt oratores Pro his enī q̄ graue
q̄d acerbū q̄ȝ ꝑpeſſi ſunt miſeratiōem iudicū excitare conant̄. cū ma
gis admittētibꝰ iuſtior miſeratio debeat̄. q̄s nō ab iratis ſȝ a ꝓpiciis
potiꝰ miſerātibuſq̄ȝ accuſatoribꝰ ad iudicium veluti egros ad me-
dicū duci oportebit vt culpe morbos ſupplicio reſecarēt. q̄ pacto de-
fenſoꝝ opa vl' tota frigeret. vel ſi ꝓdeſſe hoībꝰ mallet in accuſatōis
habitū vertere᷑t Ipi quoq̄ȝ iprobi ſi eis aliq̄ rimula virtutē relictam
fas eſſet aſpicere vitiorumq̄ȝ ſordes penaꝝ cruciatibꝰ ſe depoſituros
viderēt. ↄpenſatōe adipiſcende probitatis nec hos cruciatꝰ eē ducere-
rent defenſorumq̄ȝ opam repudiarent ac ſe totos accuſatoribus iu-
dicibuſq̄ȝ permitterent Quo fit vt apud ſapientes nullus prorſus
odio locus relinquatur Nam bonos q̄s niſi ſtultiſſimꝰ oderit ma-
los vero odiſſe rōne caret Nā ſicuti corpoꝝ languor ita vitioſitas
quidem eſt quaſi morbꝰ aīoꝝ Cū egros corpe minime dignos odio
ſed potius miſeratōe iudicemꝰ. multo magis nō in ſequendi ſȝ miſe
randi ſunt q̄ꝝ mētes oīmi languore atrocior vrget improbitas

Metrum quartū libri quarti

Quid tātos iuuat excitare motꝰ. Et ꝓꝑa fatū ſolicitare manu
Si mortē petitis ꝓpinq̄t ipa Spōte ſua volucres nec remorat̄
eq̄s Quos ſerpēs leo tigris vrſus aper Dente petūt. iīdē ſe tū enſe pe
tūt An diſtāt q̄r diſſidētq̄ȝ mores Iniuſtas acies ⁊ fera bella mouēt
Alteriuſq̄ȝ volūt perire telis. Nō eſt iuſta ſatis ſeuitie ratio

Uis aptã meritis vicẽ referre Dilige iure bonos ꝛ miserescе malis

¶ Prosa quinta quarti libri

HJnc ego video inq̃ q̃ sit felicitas vl' miseria in ipis proborum atq₃ improboꝝ meritis ↄstituta Sꝫ in hac ipa fortuna populari nõ nihil boni mali ve inesse ꝑpendo Neq₃ eñi sapientũ q̃spiam exul inops ignominiosusq₃ esse malit poti⁹ q̃ȝ pollens opibus honore reuerẽdus potẽtia validus in sua ꝑmanẽs vrbe florere Sic eñi clarius tenaciusq₃ sapiẽtie tractaꝛ officiũ cũ in ↄtingentes populos regentiũ quodaꝫ modo beatitudo transfundiꝛ Cũ presertim carcer lex ceteraq₃ legalium tormenta penaꝝ ꝑniciosis potius ciuib⁹ propter quos etiã ↄstituta sunt debeanꝛ Cur hec igiꝛ versa vice mutenꝛ scelerũq₃ supplicia bonos premãt. ꝓmia ꝟtutũ mali rapiãt vehemẽter admiror. queq₃ tã iniuste ↄfusionis rõ videaꝛ ex te scire desidero Min⁹ etem̃ mirarer si misceri oĩa fortuitis casib⁹ crederẽ Nũc stuporem meũ deus rector exaggerat q̃ cũ sepe bonis iucũda. malis aspa cõtraq₃ bonis dura tribuat. malis optata ↄcedat. nisi cã deꝑhendaꝛ q̃d ẽ q̃d a fortuitis casib⁹ differre videaꝛ P. Nec mirũ inq̃t si quid ordinis ignorata rõne temerariũ confusumq₃ credaꝛ Sed tu q̃uis causaꝫ tante dispositiõis ignores. tñ q̃m bon⁹ mũdũ rector tẽpat. recte fieri cũcta ne dubites.

¶ Metrũ quintũ quarti libri

SJ quis arcturi sidera nescit Propinqua summo cardine labi
Cur legat tard⁹ plaustra bootes Mergatq₃ seras eq̃re flammas
Cũ nimis celeres explicet ortus Legẽ stupebit etheris alti
Palleant plene cornua lune Infecta metis noctis opace
Queq₃ fulgenti texerat ore Cõfusa phebe detegat astra
Cõmouet gentes publicus error Lassantq₃ crebris pulsib⁹ era
Nemo miraꝛ flamia cori Littus feruenti tondere fluctu
Nec niuis durã frigore molẽ Feruenti phebi soluier estu.
Hic eñi causas cernere promptũ ẽ Illic latentes pectora turbant
Cũctaq₃ rara ꝓuehit etas Stupetq₃ subitis mobile vulgus
Cedat inscitie nubilus error Cessent ꝓfecto mira videri

¶ Prosa sexta libri quarti

ITa ē inq̄ꝫ Sed cū tui muneris ſit latentiū rer cauſas euolue-
re velataſqꝫ caligine explicare rōnes. queſo vti hinc decernas ⁊
qm̄ h̄ me miraculū maxīe ꝑturbat ⁊ ediſſeras. P. Tū illa pauliſꝑ
arridens ad rem me oīm inquit queſitu maximā vocas. cui vix ex-
hauſti quicqꝫ ſatis eſt. talis nāqꝫ materia eſt vt vna dubitatōe ſuc-
ciſa innūerabiles alie velut hydre capita ſuccreſcāt nec vllus fuerit
modus. niſi q̄s eas viuaciſſimo mētis igne coerceat In hac eīm de
prouidētie ſimplicitate. de fati ſerie. de repentinis caſibꝰ. de cognitōe
ac predeſtinatōe diuina de arbitrij libertate queri ſolet Que quanti
oneris ſint ipē ꝑpendis Sꝫ qm̄ hec quoqꝫ te noſſe quedā medicine
tue portio eſt quāq̄ꝫ anguſto limite tp̄is ſepti tn̄ aliq̄d delibrare co-
nabimur Qđ ſi te muſici carminis oblectamenta delectant hāc. pau
liſꝑ oportet differas voluptatē dū nexas ſibi ordine ꝯtexto rōnes
B. Vt libet inq̄ꝫ P. Tum velut ab alio orſa principio ita diſſeruit
Oīm generatio rerū cūctuſqꝫ mutabiliū naturarum progreſſus et
quicquid aliquo mouet̄ modo cauſas. ordinem. formas. ex diuīe
mentis ſtabilitate ſortit̄. hec in ſue ſimplicitatis arce poſita multi-
plicem rebꝰ gerendis modū ſtatuit. qui modus cū in ipā diuine in-
telligentie puritate ꝯſpicitur prouidentia noīat̄ Cū vero ad ea que
mouet atqꝫ diſponit refertur. fatū a veteribꝰ appellatū eſt Que di-
uerſa eſſe facile liquebit ſi quis vtriuſqꝫ vim mente cōſpexerit Nam
prouidentia eſt ipā illa diuina ratio im ſummo oīm principe cōſti-
tuta q̄ cuncta diſpōnit. Fatū vero inherēs rebꝰ mobilibꝰ diſpoſitio
per quā ꝓuidentia ſuis queqꝫ nectit ordinibꝰ Prouidētia nāqꝫ cun
cta pariter. quāuis diuerſa. quāuis infinita ꝯplectit̄ Fatū ſꝫo ſingu-
la digerit ī motu loc̄ formis ac tp̄ibꝰ diſtributa vt hec tp̄alis ordīs
explicatio in diuīe mētis adunata ꝓſpecta ꝓuidētia ſit Eadē ſꝫo
adunatio digeſta atqꝫ explicata tp̄ibus fatū vocet̄ Que licet di-
uerſa ſint. alterū tamē pendet ex altero Ordo nāqꝫ fatalis ex proui-
dentie ſimplicitate procedit Sicut eīm artifex faciende rei formam
mente ꝑcipiēs mouet opis effectū ⁊ qđ ſimpliciter p̄ſentarieqꝫ pro-
ſpexerat ꝑ tp̄ales ordines ducit. ita deus prouidentia quidē ſingu-
lariter ſtabiliterqꝫ faciēda diſponit. fato ſꝫo hec ipā q̄ diſponit mul

ſīpliciter ac tꝑaliter adminiſtrat Siue igit̃ famulātib⁹ q̄buſdā ꝓui-
dentie diuinis ſpiritib⁹ fatū exercet̃. ſeu aīa. ſeu tota ſeruiēte natura
ſeu celeſtib⁹ ſideꝝ motib⁹ ſeu angelica virtute. ſeu demonū varia ſo-
lertia. ſeu aliq̄b⁹ hoꝝ. ſeu oīb⁹ fatalis ſeries texit̃ illud certe maīfeſtū
eſt. īmobilē ſimplicemq̃ʒ gerendaꝝ formā rerū eē ꝓuidentiā. fatū v̾o
eorū q̄ diuina ſimplicitas gerenda eē diſpoſuit mobilē nexū atq̃ʒ or-
dinē tꝑalē Quo fit vt oīa q̄ fato ſubſunt. prouidentie quoq̃ʒ ſubie-
cta ſint. cui ip̄m etiā ſubiacet fatū Quedā v̾o que ſub ꝓuidentia lo-
cata ſunt. fati ſeriē ſupant Ea v̾o ſunt q̄ prime ꝓpinqua diuinitati
ſtabiliter fixa fatalis ordinē mobilitatis excedūt Nā vt orbiū cir-
ca eūdē cardinē ſeſe vertentiū. q̄ ē intim⁹. ad ſimplicitatē mediocrita-
tis accedit. ceterorūq̃ʒ extra locatorum veluti cardo quidā circa quē
verſet̃ exiſtit Extim⁹ v̾o maiore ambitu rotat⁹. quāto a pūcti media
īndiuiduitate diſcedit. tanto āplioribꝰ ſpacijs explicat̃ Si q̄d v̾o il-
li ſe medio ꝯnectat ⁊ ſociet. ī ſimplicitatē cogit̃. diffundiq̃ʒ ac difflu-
ere ceſſat Simili rōne q̄ longius a prima mēte diſcedit. maioribus
fati nexib⁹ īplicat̃ Ac tāto aliq̄d fato liberū eſt. quāto illū rerū cardi-
nem vicinius petit Q̄d ſi ſupne mentis heſerit firmitati motu ca-
